

IACOBI DE VITRIACO  
SERMONES VVLGARES VEL AD STATVS

## CONSPECTVS SIGLORVM

- Tr** Trento, Biblioteca comunale 1670  
**R** Roma, Santa Sabina, Arch. OP XIV 36
- P<sup>1</sup>** Paris, BnF lat. 17509  
**D** Douai, BM 503
- Cg** Cambridge MA, Harvard Riant 35  
**Bg** Brugge, Openbare Bibliotheek 281  
**B<sup>35</sup>** Bruxelles, KBR 3530-3531  
**L** Liège, Bibliothèque universitaire 344 C (416, 413)  
**P<sup>2</sup>** Paris, BnF lat. 3284  
**PA** Paris, Arsenal 540  
**B<sup>37</sup>** Bruxelles, KBR 3772
- Pitra *Analecta novissima*, II, 1888, p. 461 (*Serm.* 74, 50–61)

THEMA SVMPTVM EX APOCALYPSI XVI:  
 BEATVS QVI VIGILAT ET CVSTODIT VESTIMENTA SVA,  
 NE NVDVS AMBVLET ET VIDEANT TVRPITVDINEM EIVS.

5 <2.> *Exemplum de fratre sancti Bernardi*

148rb

Vnde cum sanctus Bernardus et fratres eius ad religionem transissent, unus solus qui puer erat remansit in seculo. Et cum quadam die uisitaturus fratres suos ad monasterium accederet, dixit ei sanctus Bernardus: “Tu  
 10 in seculo remanebis et totam hereditatem paternam possidebis solus. Nobis enim iam non licet aliquid in hoc seculo possidere.” Tunc puer ualde compunctus ait: “Fratres mei possidebunt celum et ego solus possidebo terram? Dante Domino non ita erit.” Et recepto habitu  
 15 cum fratribus suis omnibus relictis remansit.

---

**Rep.: 74, 6/30** Crane 293    **6/15** Tubach 603

**74, 6/15** Vnde – remansit] cfr GVILLELMVS DE SANCTO THEODORICO, *Vita prima sancti Bernardi Claraeuallis abbatis*, I §17 (CC CM 89B, p. 46). Vide ODO DE CERITONA, *Parabolae ex sermonibus super euangeliis dominicalibus extractae*, xxviii (ed. Hervieux, p. 276); GVIBERTVS TORNACENSIS, *Serm. 77* (fol. dd7r: Vnde beatus Bernhardus cum ipse et fratres sui transirent ad religionem / mansit vnus solus qui puer erat in seculo / et cum quadam die uisitare fratres suos ad eorum monasterium / dixit ei beatus Bernhardus tu solus remanebis in seculo: et habebis solus hereditatem paternam / et compunctus ait fratres mei possidebunt celum et ego solus possidebo terram non erit ita / et omnibus relictis recepto habitu remansit cum fratribus suis / {...})

---

**74, 5 rubr. marg.** exemplum *P*<sup>1</sup>, de fratre bernardi *B*<sup>37</sup>    **8** uisitaturus – suos] *TrR*, fratres suos uisitaturus *ceff*.    **9** Tu] solus *add. Tr*    **10/11** possidebis solus] *tr. P*<sup>1</sup>*D*, possidebitis solus *B*<sup>37</sup>    **11** Nobis – licet] nobis enim non licet iam *L*, nobis autem non licet iam *P*<sup>2</sup>*PA*, nobis autem non licet *B*<sup>37</sup>    **11/12** non – seculo] in hoc seculo non licet aliquid *P*<sup>1</sup>    **11** hoc] *om. B*<sup>37</sup>    **13** et] *om. B*<sup>37</sup>

(3.) *Exemplum de patre sancti Bernardi*

Solus autem pater senex in seculo remanserat, qui  
 conuerti non poterat sed omni die filios suos tamquam  
 perditos lugebat. Quadam uero die sanctus Bernardus  
 20 exiuit uidere illum. Pater autem precepit ut secundum  
 morem Burgundie magnus truncus poneretur in igne, et  
 cum ligna sicca et clare ardentia circumquaque ponerentur,  
 truncus ille tantum fumabat sed ardere non poterat.  
 Tunc sanctus Bernardus ait: "Pater, illa ligna clare ar-  
 25 dentia sunt filii tui, tu uero es truncus senex et antiquus  
 et terra repletus quem filii tui, licet exemplum tibi dederint,  
 non possunt accendere. Tu enim nichil aliud facis  
 quam fumare." Quo audito, pater commotus est ualde et  
 ad monasterium accedens, habitu monachali suscepto,  
 30 cum filiis suis Christi iugo ceruicem inclinauit.

Virga igitur discipline, id est rectitudine doctrine, indigent pueri. Indigent insuper uirga discipline, id est uerbis et castigatione. Nam sicut in Parabolis dicitur XIII: *Qui parcit uirge odit filium suum*, id est ad modum odien-

---

74, 34/35 Prou. 13, 24

Rep.: 17/30 Tubach 609

---

17/30 Solus – inclinauit] cfr GAVFRIDVS AVTISSIODORENSIS, *Fragmenta Gaufridi*, §11 (CC CM, 98B, p. 279). Vide STEPHANVS DE BORBONE, *De dono timoris*, 4, 9 (CC CM 124, p. 133-134, l. 1784-1800; fons?); GVIBERTVS TORNACENSIS, *Serm. 77* (fol. dd7r): (...) et cum quadam die visitaret beatus Bernhardus patrem suum / pater nobilis precepit vt secundum morem Burgundie magnus truncus poneretur in igne et cum eo ligna sicca et clare ardentia circumquaque ponerentur / truncus iste tantum fumigabat sed ardere non poterat / tunc sanctus Bernhardus ait / pater illa ligna ardentia filii tui sunt / tu uero truncus senex et antiquus et terra repletus quem filii tui non possunt accendere / nam licet tibi exemplum dederunt tu tamen nil aliud facis quam fumigare / quo audito pater ualde contritus est et ad monasterium accedens suscepit habitum monachalem cum filiis suis quos prius tanquam perditos continue deplorabat

---

16 rubr. marg. om. RP<sup>1</sup> sancti Bernardi] eiusdem Bg 18/19 filios – perditos] tamquam perditos filios B<sup>37</sup> 19 sanctus] beatus B<sup>37</sup> 20 autem] uero P<sup>1</sup>D 21 Burgundie] borgundie TrR 22 circumquaque ponerentur] tr. LP<sup>2</sup>PAB<sup>37</sup> 24 clare] om. R 25 es] om. P<sup>1</sup> 26 et] om. P<sup>1</sup> 27 possunt] poterunt B<sup>37</sup> enim] autem B<sup>37</sup> aliud] om. B<sup>37</sup> 28 est] om. CgBg B<sup>35</sup>LP<sup>2</sup>PAB<sup>37</sup> 29 monachali] monachi L 31 igitur] enim R 33 Parabolis] -bolo B<sup>35</sup> XIII] in marg. pos. CgB<sup>35</sup>P<sup>2</sup>PAB<sup>37</sup>, ante dicitur pos. Bg 34 suum] om. PA

35 tis se habet; *qui autem diligit, erudit et castigat illum.*  
 Teste autem Ecclesiastico XXII: *Confusio patris est de*  
*filio indisciplinato.* Et iterum ait XXXI: *Qui diligit filium*  
*assiduat illi flagella, ut letetur in nouissimo.* Et ideo letari  
 debetis quando magistri uestri animas uestras uerberant  
 40 castigando et increpando per uerba, uel quando corpora  
 uerberant affligendo et cohercendo per uerba.

⟨16.⟩ *Exemplum de illo cui diabolus corrigias caligarum* 149ra  
*soluebat*

Vnde iterum refert beatus Gregorius quod quidam  
 45 seruo suo stulte loquens ait illi: “Veni, diabole, discalcia  
 me.” Et statim sensit quod caligarum corrigias diabolus  
 cum magna celeritate dissoluebat, et quia nominauit  
 diabolum ipsum, qui semper in insidiis est, inuenit para-  
 tum.

---

**36/37** Eccli. 22, 3    **37/38** Eccli. 30, 1

**Rep.:** **44/48** Crane 295; Tubach 1605

**44/48** Gregorius – paratum] GREGORIVS MAGNVS, *Dialogorum libri*, 3, 20  
 (SC, 260, p. 350). Vide STEPHANVS DE BORBONE, *De dono timoris*, 4, 4  
 (CC CM, 124, p. 104, l. 1026-1029)

---

**36** XXII] *om.* P<sup>1</sup>D, *in marg. pos.* CgB<sup>35</sup>LP<sup>2</sup>PA, XXIII *in marg. pos.* B<sup>37</sup>  
**37** ait] *om.* TrR    XXXI] *om.* P<sup>1</sup>D, *in marg. pos.* CgB<sup>35</sup>P<sup>2</sup>, XXX *in marg. pos.*  
 LPA    filium] suum *add.* CgBgB<sup>35</sup>L    **40** per uerba] *iter.* B<sup>35</sup>    corpora]  
 corpus B<sup>35</sup>    **42/43** **rubr. marg.** *exemplum* P<sup>1</sup>    **42** cui] qui B<sup>37</sup>    diabolus]  
*post caligarum pos.* P<sup>2</sup>PAB<sup>37</sup>    **44** beatus] *om.* LB<sup>37</sup>    **45** seruo – stulte]  
 stulte seruo suo P<sup>1</sup>    illi] *om.* P<sup>2</sup>PAB<sup>37</sup>    **46** diabolus] *ante* dissoluebat *pos.*  
 P<sup>1</sup>D CgBgB<sup>35</sup>LP<sup>2</sup>PA, *om.* B<sup>37</sup>    **48** in insidiis] infidus P<sup>1</sup>

Hec est confessio uulpis que solet in Francia appellari confessio renardi. Cum enim debuisset suspendi et taxus duceret eum ad curiam leonis, facta confessione de omnibus peccatis, eodem die uidit gallinas iuxta domum cuiusdam hominis et taxo ait: “Illa est uia qua incedere debemus, scilicet iuxta domum illam quam uidemus.” Cui taxus respondit: “Miser, hodie confessionem michi fecisti de omnibus peccatis tuis, et confessus es | quod multas gallinas deuorasti, et promisisti Deo in manu mea quod de cetero abstineres.” Cui renardus ait: “Verum dicis, sed ego tradideram obliuioni.”

149va

(27.) *Exemplum de illo qui peccata scripsit et sacerdos cedula uacua inuenit*

Vt autem Dominus quanta sit uirtus confessionis ostenderet, contigit in Francia quod quidam clericus cum uellet peccata confiteri, ita copiose flebat coram sacer-

**Rep.: 51/61** Crane 297; Tubach 2171      **65/73** contigit – inueni] Crane 301; Tubach 1202a

**51/61** Hec – obliuioni] Vide *Roman de Renart*, ‘Jugement de Renart’, v. 1163-1208 (*Le Roman de Renart, première branche. Jugement de Renart, Siège de Maupertuis, Renart teinturier* – ed. Mario Roques, 1963, p. 40-41); GVIBERTVS TORNACENSIS, *Serm.* 78 (fol. dd8r): (...) et hec est sepe confessio uulpis que cum debuisset suspendi / et taxus duceret eum ad curiam leonis facta confessione de omnibus peccatis. eadem die uidit gallinam iuxta domum cuiusdam hominis / et taxo ait illa est uia qua incedere debemus iuxta illam domum quam uidemus / cui taxus / miser hodie fecisti confessionem de omnibus peccatis tuis et confessus es quod multas gallinas deuorasti etiam in manu mea promisisti quod de cetero abstineres et vulpes / uerum est / sed ego dederam obliuioni (...). **65/73** contigit – inueni] uide CAESARIUS HEISTERBACENSIS, *Dialogus miraculorum*, 2, 10 (ed. Strange, p. 75-77); STEPHANVS DE BORBONE, *De dono scientie*, 3, 3 (CC CM, 124B, p. 65, l. 220-227)

**50 rubr. marg.** exemplum *P*<sup>1</sup>, de confessione renardi *D CgBgB<sup>35</sup>L<sup>P2</sup>PA<sup>B37</sup>* confessione] -io *R* **53** duceret eum] *tr. P*<sup>1</sup> eum] *eam B<sup>35</sup>P<sup>2</sup>PA<sup>B37</sup>* **54** eodem die] eadem hora *Pitra* **55** Illa] hec *P<sup>2</sup>PA<sup>B37</sup>* **56** debemus] debes *Pitra* **57** michi] *om. Tr<sup>a.c.</sup>, post fecisti pos. D CgBgB<sup>35</sup>L<sup>P2</sup>PA<sup>B37</sup>* **58** omnibus] cunctis *P<sup>1</sup>D* tuis] *om. P<sup>2</sup>PA<sup>B37</sup>* es] *om. Pitra* **60** Verum] est *add. L* **62/63 rubr. marg.** exemplum *P*<sup>1</sup>, *om. B<sup>37</sup>* **63** uacua inuenit] *tr. R* **65** ostenderet] -dat *P*<sup>1</sup> contigit] contingit *B<sup>35</sup>* quod] Cum *B<sup>37</sup>*

dote quod non poterat loqui. Cui sacerdos ait: “Fili, scribe peccata tua et affer michi.” Cumque ille scripsisset et sacerdos legisset, ait: “Volo habere consilium cum meo  
 70 superiori.” Aperta autem carta coram episcopo suo, nichil nisi cartam uacuum inuenit. Et reuersus ad clericum ait: “Confide, fili, dimissa sunt tibi peccata tua. Ecce carta tua uacua et omnia deleta inueni.”

---

**67** Fili] *om.* *LP<sup>2</sup>PAB<sup>37</sup>*    **68** ille] *om.* *CgBgB<sup>35</sup>LP<sup>2</sup>PAB<sup>37</sup>*    **70** superiori] -re *P<sup>2</sup>* suo] *om.* *P<sup>1</sup>B<sup>37</sup>*    **70/71** nichil – inuenit] nichil inuenit nisi cartam uacuum *P<sup>2</sup>PA*, nichil inuenit nisi cartam uacuum inuenit *B<sup>37</sup>*    **71** reuersus] conuersus *LP<sup>2</sup>PAB<sup>37</sup>*    **72** filij] *om.* *B<sup>37</sup>*    tibi – tua] peccata tua tibi *P<sup>1</sup>*